



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologia Moralis**

**Reiffenstuel, Anaklet**

**Monachii, 1699**

Quæstio I. A quo possint statui impedimenta Matrimonij?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40206**

*Diff. XV. Quæst. I. A quo possint statui Impedimenta &c. IIII*  
adulterium alterius, actum conjugalem cum eo habuit, *arg. b.*  
*Crimen. C. ad Leg. Iuliam de adulterijs, ibi: Crimen adulterij maritum*  
*retentum in matrimonio uxore inferre non posse, nemini dubium est.* San-  
chez lib. 10. de Matrim. disp. 14. num. 6. qui plura de his, aliis  
que Divortium concernentibus, toto illo Libro fuisse trah-  
erat.

## DISTINCTIO XIV.

### De Impedimentis Matrimonij.

#### Q U A E S T I O I.

##### A quo possint statui Impedimenta Matrimonij?

1. *Impedimenta Matrimonij generatim sunt illa, quæ obstant, Impedimenta*  
seu impediunt, ne matrimonium rite celebretur. *HO-*  
*rum duo sunt genera, alia mere impedientia, alia dirimen- alia impe-*  
*tia. Impedimenta mere impedientia dicuntur illa, quæ quidem ma- dientia, alia*  
*trimonium cum ipsis contractum non reddit irritum ac nul- dirimentia,*  
lum, prohibent tamen contrahendum. Unde stante tali impe-  
dimento matrimonium licet, & absque peccato non potest  
contrahi, benè tamen valide. *Impedimenta dirimentia sunt, quæ*  
non solum obstant, ne licet contrahatur matrimonium, sed  
etiam, ne validè: atque ideo matrimonium cum hujusmodi im-  
pedimento contractum, est omnino nullum, ac irritum.

2. CONCL. I. Datur in Ecclesia DEI potestas constituendi im- *Datur in*  
pedimenta, sive impedientia, sive etiam dirimentia matrimonij. *Ecclesia po-*  
ita omnes Catholici; estque definitum novissime in Concilio testas, eide  
Trid. Seff. 24. can. 4. ibi: *Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse consti-*  
*tuere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs constituendis errat-* *di-*  
*se: anathema sit.* Idem patet ex perpetua praxi, ac usu Ecclesiae:  
quamvis ad hoc, ut Ecclesia statuat novum impedimentum ma-  
trimonij, requiratur gravis & justa causa, qualis jam reperitur  
in omnibus ijs, quæ defacto sunt constituta.

3. CONCL. II. Hæc potestas statuendi impedimenta ma- *Cuiadēm*  
trimonij convenit non solum legitimo Concilio Generali, quod potestas  
Ecclesiam universalem in suis Capitibus congregatam repræ- *comptat?*  
sentat; sed etiam summo Pontifici, utpote qui est Caput visibi- *le.*  
B b b b b b

le totius Ecclesiaz Militantis, habētque ex speciali privilegio Christi potestatem ligandi, atque solvendi super terram,  
Matth. 16.

An etiam  
Episcopis?

4. Concl. III. Episcopi non possunt defactō in suo Diœcesibus statuere impedimenta dirimentia matrimonij. Ita Sanchez lb. 7. de Matr. disp. 1. num. 9. cum alijs. Patet id ex generali Ecclesiaz consuetudine, qua hæc potestas Sunimo Pontifici est reservata.

Princeps sa-

cularis, an  
potest suis  
subditis fidelibus ejusmodi impedimenta matrimo-  
niū statuere. Ita certa, & communis. Ratio est: quia, quamvis  
dilecta di- id posset Princeps sacerularis facere respectu suorum subditorum,  
tum etiam quantum est ex visu officij; defactō tamen hanc potestatem,  
matrimonij utpote materiam spiritualem Sacramentorum concorrentem,  
pro subditis Ecclesia & Papa sibi reservavit. Quinimò Concilium Trid.  
fidelibus? Sess. 24. can. 12. generaliter definivit, causas matrimoniales (ad  
quas utique pertinent impedimenta matrimonij, eorumque  
constitutio) spectare ad forum Ecclesiaz, his verbis: *Siquis di-  
xerit, causas matrimoniales non spectare ad Judices Ecclesiasticos: anathe-  
ma sit.*

Et cur non?

6. Porrò hæc reservatio satis congruenter, & rationabili-  
ter est facta per Ecclesiam, eo quod contractus matrimonialis  
Fidelium sit à Christo elevatus ad esse supernaturale Sacra-  
menti; ac proinde dedebeat, ut tanti Sacramenti dispositio, ac Judi-  
cium circa illud, ad Principes sacerulares pertineat. Hi siquidem  
non receperunt à Christo potestatem Ecclesiasticam, ac spiri-  
tualem circa Sacra menta, aliasque res Ecclesiasticas; sed solus  
Petrus, ejusque legitimi Successores, iuxta illud Matth. 16. *Et  
tibi dabo claves regni calorum.* Et Joan. 21. *Pasce oves meas.*

Quid respe-  
ctu subdi-  
tolum infi-  
delium?

7. Dicitur notanter in Conclusione, *nullus Princeps sacerularis fi-  
delis potest suis subditis fidelibus.* Quia certum est, & communiter  
à Doctoribus concessum, posse defactō Principes sacerulares sta-  
tuere impedimenta matrimonij respectu subditorum infidelium,  
v. g. Judæorum, in eorum Nationibus commorantium. Ra-  
tio est; quia reservatio Pontificis non est respectu Infidelium,  
cùm hi sint extra Ecclesiam; similque respectu horum cessat  
ratio reservationis, cùm matrimonia Infidelium non  
sint Sacramentum, sed legitimus dun-  
taxat contractus.

QUE-